Sergio Bittanti ed.

COUNT RICCATI AND THE EARLY DAYS OF THE RICCATI EQUATION

Pitagora Editrice Bologna

Sergio Bittanti ed.

COUNT RICCATI AND THE EARLY DAYS OF THE RICCATI EQUATION

Pitagora Editrice Bologna

Printed by Tecnoprint, Bologna.

Alexander Longhi deli *Innocens Alessandri Sculp. Venetiis*

PREFACE

For many years, I studied the Riccati Equation knowing only a little about its origin. The same probably applies to other scientists who analyzed the equation, here and there in the world.

During the organization activity of the workshop on "The Riccati Equation in Control, Systems, and Signals" (Como, Italy, June 26-28, 1989), I came across some historical papers on Count Riccati and his equation(s). This raised my interest, so that I read more and more papers (many of which in Italian or Latin) on the subject.

In the attempt of serving all those who are too much involved in analytic research to spend time on historical issues, I eventually decided to report the results of my reading in this booklet.

Here, the reader will first find the original paper by Jacopo Francesco Riccati published in 1724. In this paper, Riccati reduces a second order differential equation to a first order one, an equation which we would now call a Riccati Equation. The known term of this equation is a power of the independent variable. At the end of the paper, the question was posed of *finding all exponents of the known term for which the separation of variables was possible. From various documents, it is apparent that Riccati already knew infinitely many cases for which the separation of variables was actually possible. His main concern was looking for the most general solution of the problem.*

Riccati's problem was considered by many of the most famous mathematicians. Here, two papers are reprinted; the first one is an Euler's paper of 1764, while the second one is due to Liouville and was published in 1841.

Finally, a paper summarizing my views on the history and prehistory of the Riccati equation can be found.

The support of the C.N.R.-Consiglio Nazionale delle Ricerche is gratefully acknowledged.

Sergio Bittanti
Milano, Via Rivoli
April 1989

CONTENTS

J.F. Riccati

ANIMADVERSIONES IN AEQUATIONES DIFFERENTIALES SECUNDI GRADUS

Acta Eruditorum Lipsiae, 1724

COUNT RICCATI
AND
THE EARLY DAYS
OF THE
RICCATI
EQUATION
Sergio Bittanti ed.

ANIMADVERSIONES IN ÆQUATIONES differentiales secundi gradus, Autore Co. JACOBO RICCATO.

REductio æquationum differentialium secundi ordinis plerumque est adeo perplexa, atque involuta, ut Analystam minus attentum frequentissime eludat. Dum syntheticæ viæ insistimus, & a primis fluxionibus ad altiorem gradum ascendimus, cum assumatur tanquam constans vel nota differentia, vel nulla, eæ difficultates, de quibus sermo erit, vix occurrunt; quæ tamen evitari nequeunt, si problema aliquod proponatur secunda

ſecunda elementa involvens & analytica methodo procedendum ſit. Infinitas dari formulas differentio - differentiales, ad quas pervenitur, nulla adhibita conſtante, nemo profecto ignorat: totidem quoque exhiberi poſſe, ad quas pervenire non conceditur, niſi conſtante in ſubſidium vocata, acutiores non latet Analyſtas: at quomodo ab invicem dignoſci queant, & qua ratione tractandæ ſint, non ita compertum neque obvium puto; cum tamen ſublimioris Geometriæ officium ſit inſpicere, quousque, & quibus in circumſtantiis expreſſiones iſtæ ſolutionem admittant.

Sit ex. gr. conſtruenda curva, in qua quælibet abſciſſæ dignitas ſe habeat directe ut ſecunda differentia ordinatæ, & inverſe ut ſimilis differentia ejusdem abſciſſæ, quæ curva exponitur per æquationem differentialem ſecundi ordinis $x^m ddx = ddy$: ajo nullam curvam inter poſſibiles quæſtioni ſatisfacere, ſi a primis ad ſecundas fluxiones fiat tranſitus, absque eo quod aliqua prima differentia uſurpetur pro conſtante, nec juvabit, ſalva æqualitate, æquationes ipſas quomodocunque alterare ſive per additionem terminorum æqualium, ſive per valorum ſubſtitutionem: at ex oppoſito, conſtante determinata, inveniuntur quidem curvæ problematis conditionem implentes, ſed numero infinitæ, & indole differentes; utpote quæ variantur ad arbitrariæ conſtantis mutationem. Poſteriores haſce expreſſiones, quæ ſub falſa ſpecie nobis imponunt, a veris, atque legitimis ſecernere, videtur eſſe profundioris indagationis; nihilominus certum, & quantum ſubjecta materia patitur, generale Criterium Mathematicis examinandum propono, quod ſaltem uſui erit in his omnibus caſibus, in quibus nos calculus integralis haud deſerit.

Porro ad formulas primis tantum differentiis implicitas revocantur æquationes omnes differentiales ſecundi gradus, ad quas, ſive aſſumta ſive non aſſumta conſtante, perventum eſt, & in quibus ſecundæ fluxiones cum primis, & cum finitis magnitudinibus quomodocunque miſcentur, dummodo alterutra ex indeterminatis fluentibus cum ſuis functionibus æquationem propoſitam non ingrediatur; quod dicendum pariter de illis expreſſionibus, quæ ad hanc formam aliquà adhibita induſtria redigi poſſunt: cæterum in reliquis, quas progreſſus noſter non complectitur, ad aliquos caſus particulares ſe extendere poteſt Analyſtarum ſolertia; at ſi quis canonem generalem inveniret, is profecto eſſet mihi magnus Apollo. Interim conſideranda venit æquatio catholica (A) $zdx=dy$, in qua omnes formulæ differentiales primi gradus continentur; cum litera z deſignet magnitudinem utcunque datam per functiones coordinatarum x & y. Tranſeo ad altiores differentias, nulla aſſumta conſtante, proditque æquatio (B) $zddx+dzdx=ddy$, quæ, dum in eodem ſtatu permanet, nullo negotio integratur. Quod ſi ipſius forma immutetur, ſubrogatis valoribus ab expreſſione (A) mutuo acceptis, tunc infinitæ formulæ oriuntur, quæ majus artificium poſtulant. A ſimplicioribus exemplum peto: loco ipſius dx ſubſtituatur quantitas æqualis $dy:z$, & primus terminus æquationis (B) multiplicetur per dignitatem $z^m dx^m$, reliqui vero per æquivalentem dy^m, unde reſultet nova æquatio (D) $z^{m+1}dx^m ddx+dy^{m+1}dz:z=dy^m ddy$.

Hujusmodi formulæ expedite reducuntur ope alicujus conſtantis, quod ut fiat quantum fieri poteſt, generaliter deſigno pro conſtante fluxionem $dx:q$, eſt autem q magnitudo quomodocunque data per indeterminatas x, y, & conſtantes. Pono $dx:q=dp$, & cum ſit $dx:q$ conſtans, erit pariter conſtans dp. Hinc in æquatione $dx=qdp$ transeundo ad ſecundas differentias habebimus $ddx=dqdp$. Præterea ſtatuo $dy=udp$, & ſumtis ſecundis differentiis in eadem hypotheſi conſtantis dp, erit $ddy=dudp$. Subrogatis in expreſſione (D) valoribus ut ſupra determinatis, & inventis, orietur æquatio $z^{m+1}q^m dqdp^{m+1}+u^{m+1}dz:z\times dp^{m+1}=u^m du\,dp^{m+1}$, & dividendo per dp^{m+1}, $z^{m+1}q^m dq+u^{m+1}dz:z=u^m du$, & ſummando per regulas vulgares, non omiſſa conſtantis g additione, $g+q^{m+1}:\overline{m+1}=u^{m+1}:\overline{\overline{m+1}\times z^{m+1}}$, quæ æquatio dat $u=z\times\overline{q^{m+1}+gm+g}^{\frac{1}{m+1}}$, & quia $dy=udp=udx:q$, opportuna adhibita ſubſtitutione, occurrit æquatio reducta (E) $dy=zdx:q\times\overline{q^{m+1}+gm+g}^{\frac{1}{m+1}}$.

Ex

Ex hoc operandi modo ſponte fluunt nonnulla conſectaria.

Si determinata magnitudine z, æquatio (E) conſtruatur 1.
ſaltem per quadraturas quando fieri poteſt, & indeterminatæ ſunt ſeparabiles, manifeſtum puto curvas infinitas noſtræ formulæ reſpondere, variatur enim natura curvæ, ob mutatam conſtantem $dx:q$, & quilibet valor quantitatis q novam ſemper æquationem localem, ſive algebraicam, ſive tranſcendentem ſubminiſtrat.

Quanquam alterato valore magnitudinis q curvæ diverſæ 2.
originem ducant, certum tamen eſt in quacunque hypotheſi locum invenire inter ipſas curvam, ut ita loquar, principalem dependentem ab æquatione fundamentali (A) $zdx = dy$; nam ſi fiat æqualis nihilo conſtans g, quam addidimus integrando, ſtatim æquatio (E) tranſit in æquationem (A). In hoc caſu nihil refert quænam differentia $dx:q$ accepta ſit pro conſtante, cum evaneſcente g, etiam quantitas q evaneſcat.

Si æquatio (E) ulterius differentietur, non reſtituet expreſ- 3.
ſionem (D) niſi duobus in caſibus; vel ponendo $g = 0$, & procedendo ad ſecundas differentias nulla conſtante aſſumta, multiplicatis tamen terminis per quantitates æquivalentes, ut ſupra factum eſt; vel iterum differentiando, determinata prius pro conſtante fluxione $dx:q$. Utrumque patet relegendo analyſeos veſtigia. Cæterum æquatio (E) rurſus differentiata, neutra conditione impleta, formulam toto cœlo diverſam ab expreſſione (D) quam reducendam aſſumſimus, exhibet.

Idem omnino contingit, ſumto pro conſtante elemento 4.
$dy:q$; nam operationem juxta traditam methodum inſtituendo, quam brevitati conſulens omitto, deveniemus ad æquationem reductam $dx = dy : q \times \overline{mg+g}^{\frac{1}{m+1}}$ reſpondentem noſtræ formulæ (D), in quo pariter notandum; quod facta conſtante ſuperaddita $g = 0$, prodit expreſſio fundamentalis (A) $zdx = dy$.

Denique ex dictis colligi poſſe videtur, quod propoſita 5.
nuda formula differentiali ſecundi gradus (D) $z^{m+1} dx^m ddx + dy^{m+1} dz : z = dy^m ddy$, putarem ex aſſe me ſatisfeciſſe Analyſtæ

I 3 quan-

quantumvis moroſo, obſervando ad hanc expreſſionem perveniri potuiſſe, vel nulla conſtante aſſumta, quo in caſu locum invenit æquatio integralis $zdx = dy$, vel deſignando pro conſtantibus fluxiones $dx : q$; $dy : q$, & tunc ſummatorias eſſe $dy = zdx : q \times \overline{q^{m+1} + gm + g}^{\frac{1}{m+1}}$; $dx = dy : z - dy : q \times \overline{mg + g}^{\frac{x}{m+1}}$. Adderem, æquationem unicam $zdx = dy$, quæ differentiata absque conſtantis beneficio tranſit in æquationem (D) ab aliis infinitis artificio ſupra explicato diſtingui poſſe, quia ſemper eadem manet in quacunque conſtantis ſuppoſitione, reliquæ vero variata conſtante mutationi ſunt obnoxiæ.

Supereſt ut videamus, utrum in aliis expreſſionibus, & præcipue in æquatione (F) $x^m ddx = ddy$ reſpondente problemati ab initio propoſito aſſignatæ conditiones adimpleantur ad mutationem conſtantis, & quæ rurſus differentiata, nulla conſtante aſſumta formulam (F) ſaltem terminis additis, vel ſubductis, aut valoribus ſubrogatis, ſalva æqualitate reſtituat. Fiat igitur de more $dx = qdp$, eritque propter conſtantem dp, $ddx = dqdp$. Sit iterum $dy = udp$, hoc eſt $ddy = dudp$, & ſubſtituendo $x^m dqdp = dudp$, ſeu $x^m dq = du$, & integrando $\int x^m dq + g = u$; ſed $dy = udx : q$; ergo $dy = dx : q \times \int x^m dq + gdx : q$.

Hic noto, quod facta $g = o$, & reducta ultima æquatione ad ſimpliciorem formam, videlicet $dy = \int x^m dq \times dx : q$, quilibet valor ipſius q æquationem, & curvam diverſam ſubminiſtrat, niſi fortaſſe poneretur exponens $m = o$, quod aſſumtam hypotheſin evertit. Idem dicendum ſtatuta conſtante fluxione $dy : q$, ex quibus infero, fruſtra quæri æquationem differentialem primi ordinis, quæ propoſitum præſtare queat, & formulam (F) $x^m ddx = ddy$, ſine conſtantis auxilio, reſtituere; nam ſi daretur talis æquatio, prodere ſe deberet in quacunque conſtantis ſuppoſitione, cum tamen noſtra analyſis contrarium oſtendat.

Conſtat igitur problema propoſitum, nempe curvam invenire, in qua data dignitas abſciſſæ ſit ſemper directe ut ſecunda fluxio ordinatæ, & reciproce ut ſimilis fluxio ejusdem abſciſſæ, ſolvi non poſſe, ſi curva quæſita talem proprietatem obtinere debeat, ſumtis ſecundis differentiis nulla conſtante determinata, &

& ex opposito curvas infinitas satisfacere, si modo una, modo altera constans usurpanda sit.

Non erit abs re aliud exemplum in medium afferre, & sequentem formulam (G) $x^m ddx = zddx + dz^2 + zz dz^2$ examini subjicere. Hanc sub canone nostro non comprehendi, videtur primo aspectu colligi ex eo, quod æquatio utramque indeterminatam x, z cum suis functionibus contineat: verum si fiat $zdz = dy$, nova expressio (H) $x^m ddx = ddy + dy^2$ ex hac substitutione resultans juxta regulas supra explicatas solutionem non respuit.

Inprimis designo pro constante differentiam dx, unde fit $ddx = 0$. Evanescente igitur termino $x^m ddx$, remanet $-ddy = dy^2$, vel $-ddy : dy = dy$, & integrando log. $dx : dy = y$, vel $dx : dy = 1^y$, hoc est $dx = 1^y dy$, & tandem $dx : x = dy$, quæ æquatio dat logarithmicam vulgarem. 1.

Statuo tanquam constantem alteram differentiam dy, in qua hypothesi, existente $ddy = 0$, erit $x^m ddx = dy^2$. Pono $dx = sdy + cdy$, c constans est sive affirmativa sive negativa, & s variabilis determinanda. Transeo ad secundas differentias, & sese offert æquatio $ddx = dsdy$. Hinc substituendo $x^m ds = dy$, sed $dy = dx : \overline{s+c}$; igitur $sds + cds = x^{-m} dx$, & summando omissa inutili constantis g additione $ss : 2 + cs = x^{-m+1} : -\overline{m+1}$, seu $s + c = \surd\, \overline{2x^{-m+1} : -\overline{m+1}) + cc}$: atqui $dx = \overline{s+c} \times dy$ $= dy \times \surd\, \overline{2x^{-m+1} : -\overline{m+1}) + cc}$; igitur $dx : \surd\, \overline{2x^{-m+1} : -\overline{m+1} + cc} = dy$. 2.

Quæro utrum logarithmica inventa num. 1 adhibita constante dx, locum pariter habere possit in suppositione constantis dy num. 2 usurpata. Facta constante $c = 0$, periculum facio an forte quantitas $\surd\, \overline{2x^{-m+1} : -\overline{m+1}}$ possit esse æqualis magnitudini x. Quoniam hinc inde quadrando $2x^{-m+1} : -\overline{m+1} = xx$; igitur $2x^{-m+1} = -\overline{m+1}\, xxx$, & cum eadem quantitas debeat esse, tam in coefficiente, quam in exponente binario æqualis, sequitur ad æqualitatem non perveniri, nisi ponendo $-m+1 = 2$, quo in casu determinatur valor exponentis $m = -1$. 3.

in.

4. In formula (H) $x^m ddx = ddy + dy^2$, limitando, ut dictum est, valorem exponentis $m = -1$, tunc ad æquationem $x^{-1} ddx = ddy + dy^2$ pervenire possumus nulla assumta constante, ejusque summatoria in hac hypothesi est æquatio differentialis ad logisticam $dx:x = dy$; nam ascendendo ad secundas differentias absque constantis auxilio, habebimus $ddx:x - dx^2:xx = ddy$, sed $dx^2:xx = dy^2$; ergo $ddx:x = ddy + dy^2$.

5. Quod si valor ipsius m non sit æqualis quantitati negativæ -1, ad expressionem (H) nullo modo pervenire conceditur, nisi aliqua fluxio tanquam constans determinetur.

6. Procedendo autem generaliter, ut supra factum est, repeto æquationem (H) $x^m ddx = ddy + dy^2$. Sumo pro constante elementum $dx:q = dp$, & statuo pariter $dy = udp$, ut obtineam rursus differentiando $ddx = dqdp$; $ddy = dudp$, & substituendo $x^m dqdp = dudp + dy^2 = dudp + udydp$, & dividendo per dp, $x^m dq = du + udy$; sed $dy = udp = udx:q$; igitur $x^m dq = du + uudx:q$.

7. Methodus generaliter separandi variabiles in hac expressione, etiamsi quantitas q detur quocunque modo per functiones solius ignotæ x, pro desperata habenda est. Moneo tamen, quod si fiat exponens $m = -1$, simplicior indeterminatæ u valor prodit æqualis fractioni $q:x$; nam loco ipsius u hoc valore subrogato, omnes termini in æquatione se mutuo destruunt. Hinc collocata in æquatione subsidiaria $dy = adp = udx:q$ hoc valore, redit æquatio ad logarithmicam $dy = dx:x$, quæcunque fuerit constans assumta per magnitudinem $dx:q$ expressa.

Denique manifestum est, nostrum operandi progressum in maximam difficultatem separationis indeterminatarum postremo desinere. Hanc spartam olim exornandam suscepi, specimenque aliquod in Diario Italico exhibui: sed aut ego fallor, aut negotium tam subtile, tam arduum, ex quo potissimum pendet calculi infinitorum optata perfectio, non nisi conjunctis viribus promovendum est. Ut igitur ad hanc inquisitionem profundioris analysis & Geometriæ cultores excitem, sequens problema propono.

In

In ſuperiori formula $x^m dq = du + uudx : q$, dato ad libitum exponente m, ſtatuatur quantitas $q = x^n$. Peto qua ratione determinandi ſint valores alterius exponentis n, ut ſuccedat indeterminatarum ſeparatio, & æquationis conſtructio per ſolas quadraturas.

L. Euler

DE RESOLUTIONE AEQUATIONIS

$dy + a\, yydx = bx^m\, dx$

Novi Commentarii Academiae Scientiarum Petropolitanae,
1764

From Leonhardi Euleri's Opera Omnia, Volumen Prius, *Basileae 1936,*
B. G. Teubner Lipsiae et Berolini, pages 403-420.

DE RESOLUTIONE AEQUATIONIS
$dy + ayydx = bx^m dx$

Commentatio 284 indicis ENESTROEMIANI

Novi Commentarii academiae scientiarum Petropolitanae 9 (1762/3, 1764) p. 154—169

Summarium ibidem p. 18—21

SUMMARIUM

Aequatio haec, iam dudum a Comite RICCATI Geometris proposita, tanto studio a summis ingeniis est pertractata, ut vix quicquam novi circa eius resolutionem proferri posse videatur. Statim quidem infiniti valores pro exponente m assumendi sunt observati, quibus integrale exhibere liceat, qui valores hac serie progrediuntur: $0, -4, -\frac{4}{3}, -\frac{8}{3}, -\frac{8}{5}, -\frac{12}{5}, -\frac{12}{7}, -\frac{16}{7}, -\frac{16}{9}$ etc., ac methodus, qua hi casus sunt evoluti, ita erat comparata, ut ex cognito cuiusque casus integrali integrale sequentis definiretur, neque adeo casuum posteriorum integralia exhiberi possent, nisi iam omnes antecedentes fuerint expediti. In hac autem dissertatione id praestatur, ut unica operatione omnium illorum casuum integralia simul eruantur, indeque statim vel centesimi casus integrale assignari possit. Methodus, qua hoc commodi est assecutus, omnino est singularis, dum primo aequationem propositam, ope certae substitutionis, in aliam, quae adeo differentialia secundi gradus involvit, transformat, eamque deinceps per seriem infinitam integrat, quae autem series ita est comparata, ut supra memoratis casibus alicubi abrumpatur expressionemque finitam suppeditet, unde integrale quaesitum facillime colligatur. Verum tamen omnia haec integralia nonnisi sunt particularia, neque totam vim aequationis differentialis propositae exhauriunt, deinde etiam, quoties quantitas b est negativa, imaginariis ita inquinantur, ut omni plane usu destituantur. Utrique incommodo Cel. Auctor ita medetur, ut primo methodum exponat, ex cognito huiusmodi aequationum integrali quopiam particulari integrale completum eliciendi, quod si quantitas b fuerit positiva, quantitates exponentiales implicat: deinde vero ostendit, quomodo istae quantitates exponentiales, quae, existente b negativo, fiunt imaginariae, per tangentes arcuum circularium realiter exprimi queant. Denique cum methodus illa, ex integrali particulari

completum eliciendi, certam quandam integrationem exigat, quae moram facessere queat, etiam huic incommodo occurrit, dum observat, pro quovis casu primam evolutionem non unum, sed adeo duo integralia particularia praebere, quoniam ibi formula radicalis $\sqrt{b}$ ingreditur, quam aeque negative, ac positive, accipere licet. Alia igitur methodo utitur, cuius ope ex cognitis duobus integralibus particularibus integrale completum, sine ulla nova integratione, concludi queat. Quod cum ab eo, quod priori methodo erat erutum, discrepare nequeat, ex utriusque collatione integrationem priori implicatam efficere licet, unde postremo hanc integrationem maxime memorabilem deducit, quod sit

$$\int \frac{e^{\frac{2ac}{n}x^n}\,dx}{uu} = \frac{Ce^{\frac{2ac}{n}x^n}z - u}{Cu\left(2acx^{n-1}uz + \frac{udz}{dx} - \frac{zdu}{dx}\right)},$$

ubi quantitates z et u per x ita definiuntur, ut sit:

$$z = x^{\frac{-n+1}{2}} + \frac{(nn-1)}{8nac}x^{\frac{-3n+1}{2}} + \frac{(nn-1)(9nn-1)}{8n\cdot 16na^2c^2}x^{\frac{-5n+1}{2}} + \text{etc.}$$

$$u = x^{\frac{-n+1}{2}} - \frac{(nn-1)}{8nac}x^{\frac{-3n+1}{2}} + \frac{(nn-1)(9nn-1)}{8n\cdot 16na^2c^2}x^{\frac{-5n+1}{2}} - \text{etc.}$$

Cum igitur hae formae z et u adeo in infinitum excurrere queant, eo magis est mirandum, quod formulae $e^{\frac{2ac}{n}x^n}\frac{dx}{uu}$ integrale, idque per expressionem satis simplicem, exhiberi possit. Tum vero etiam hoc consuetae integralium formae adversari videtur, quod quantitas constans arbitraria C, per integrationem ingressa, quae alioquin nude adiicitur, hic ipsi formae integrali sit implicata. Quod singulare phaenomenon si attentius perpendatur, mox patebit, integrationem illam veritati consentaneam esse non posse, nisi denominatoris pars

$$2acx^{n-1}uz + \frac{udz - zdu}{dx}$$

fuerit quantitas constans, puta A; tum enim istud integrale in formam naturalem abit:

$$e^{\frac{2ac}{n}x^n}\frac{z}{Au} - \frac{1}{AC}.$$

Num autem res ita se habeat, hoc modo explicari potest: Quoniam quantitates z et u per series exprimuntur, easque ipsas, quae initio ex evolutione aequationis differentialis secundi gradus sunt eruta, vicissim patet, eas ita pendere ab x, ut sit:

$$ddz + 2acx^{n-1}dxdz + (n-1)acx^{n-2}zdx^2 = 0$$

et

$$ddu - 2acx^{n-1}dxdu - (n-1)acx^{n-2}udx^2 = 0.$$

Nunc prior aequatio per u, posterior vero per z, multiplicetur, ac productorum differentia dabit

$$uddz - zddu + 2acx^{n-1}dx(udz + zdu) + 2(n-1)acx^{n-2}uzdx^2 = 0,$$

cuius integrale manifesto est

$$udz - zdu + 2\,acx^{n-1}uzdx = Adx.$$

Cum autem, facto $ac = \varpi$, fiat $u = z = x^{\frac{-n+1}{2}}$ et $uz = x^{-n+1}$, evidens est, statui debere $A = 2\,ac$, sicque integratio superior abit in hanc formam:

$$\int e^{\frac{2ac}{n}x^n}\frac{dz}{uu} = e^{\frac{2ac}{n}x^n}\frac{z}{2acu} - \text{Const.},$$

quae non solum principiis est conformis, sed etiam, facta differentiatione, ob

$$udz - zdu = 2\,acdx\,(1 - x^{n-1}ux)$$

eius veritas egregie confirmatur. Hinc autem iam aequationis

$$dy + ayydx = accx^m dx,$$

posito $m = 2n - 2$, et quantitatis z valore per superiorem seriem expresso, integrale multo succinctius ita exhiberi poterit, ut sit:

$$y = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx} + \frac{2\,Cce^{\frac{-2ac}{n}x^n}}{z(z - Ce^{\frac{-2ac}{n}x^n}u)}$$

seu

$$y = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx} + \frac{2c}{z(De^{\frac{2ac}{n}x^n}z - u)}$$

ubi $D\left[= \frac{1}{C}\right]$ est illa constans arbitraria per integrationem iniecta ad integrale completum constituendum.

PROBLEMA 1

1. Invenire numeros loco exponentis indefiniti m substituendos, ut valor ipsius y algebraice per x definiri queat.

SOLUTIO[1])

Ponatur

$$y = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx},$$

ac posito dx constante, erit

$$dy = (n-1)cx^{n-2}dx + \frac{ddz}{azdx} - \frac{dz^2}{azzdx}.$$

1) Cf. L. EULERI Commentationem 95 huius voluminis p. 162 et *Institutiones calculi integralis*, vol. II, § 929—966. Petr. 1769 = *LEONHARDI EULERI Opera omnia*, I 12, p. 147—176. H. D.

Cum vero sit

$$yy = ccx^{2n-2} + \frac{2cx^{n-1}dz}{azdx} + \frac{dz^2}{a^2z^2dx^2},$$

facta substitutione transibit aequatio proposita in hanc:

$$\frac{ddz}{azdx} + (n-1)cx^{n-2}dx + accx^{2n-2}dx + \frac{2cx^{n-1}dz}{z} = bx^m dx.$$

Fiat $m = 2n - 2$ et $b = acc$, habebiturque

$$ddz + (n-1)\,acx^{n-2}zdx^2 + 2\,acx^{n-1}\,dxdz = 0,$$

quae ergo resultat ex hac aequatione propositae aequivalente

$$dy + ayydx = accx^{2n-2}dx$$

facta substitutione

$$y = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx}.$$

Fingatur iam haec aequatio:

$$z = Ax^{\frac{-n+1}{2}} + Bx^{\frac{-3n+1}{2}} + Cx^{\frac{-5n+1}{2}} + Dx^{\frac{-7n+1}{2}} + \text{etc.}$$

eritque differentiando:

$$\frac{dz}{dx} = -\frac{(n-1)}{2}Ax^{\frac{-n-1}{2}} - \frac{(3n-1)}{2}Bx^{\frac{-3n-1}{2}} - \frac{(5n-1)}{2}Cx^{\frac{-5n-1}{2}} - \text{etc.}$$

$$\frac{ddz}{dx^2} = +\frac{(nn-1)}{4}Ax^{\frac{-n-3}{2}} + \frac{(9nn-1)}{4}Bx^{\frac{-3n-3}{2}} + \frac{(25nn-1)}{4}Cx^{\frac{-5n-3}{2}} + \text{etc.}$$

Cum vero ex superiori aequatione per dx^2 divisa sit:

$$\frac{ddz}{dx^2} + \frac{2acx^{n-1}dz}{dx} + (n-1)acx^{n-2}z = 0,$$

si series assumta substituatur, prodibit sequens aequatio:

$$0 = \left\{ \begin{array}{l}
\qquad + \frac{(nn-1)}{4}\,Ax^{\frac{-n-3}{2}} + \frac{(9nn-1)}{4}\,Bx^{\frac{-3n-3}{2}} \\
\qquad + \frac{(25nn-1)}{4}\,Cx^{\frac{-5n-3}{2}} + \frac{(49nn-1)}{4}\,Dx^{\frac{-7n-3}{2}} + \text{etc.} \\
-(n-1)acAx^{\frac{n-3}{2}} - (3n-1)acBx^{\frac{-n-3}{2}} - (5n-1)acCx^{\frac{-3n-3}{2}} \\
\qquad - (7n-1)acDx^{\frac{-5n-3}{2}} - (9n-1)acEx^{\frac{-7n-3}{2}} - \text{etc.} \\
+(n-1)acAx^{\frac{n-3}{2}} + (n-1)acBx^{\frac{-n-3}{2}} + (n-1)acCx^{\frac{-3n-3}{2}} \\
\qquad + (n-1)acDx^{\frac{-5n-3}{2}} + (n-1)acEx^{\frac{-7n-3}{2}} + \text{etc.}
\end{array} \right.$$

Ponantur termini homogenei iunctim sumti nihilo aequales, ut determinentur coefficientes A, B, C, D, E etc., eritque

$$B = \frac{(nn-1)}{2n} \cdot \frac{A}{4ac} = \frac{(nn-1)}{2} \cdot \frac{A}{4nac}$$

$$C = \frac{(9nn-1)}{4n} \cdot \frac{B}{4ac} = \frac{(nn-1)}{2}\,\frac{(9nn-1)}{4} \cdot \frac{A}{4^2 n^2 a^2 c^2}$$

$$D = \frac{(25nn-1)}{6n} \cdot \frac{C}{4ac} = \frac{(nn-1)}{2}\,\frac{(9nn-1)}{4}\,\frac{(25nn-1)}{6} \cdot \frac{A}{4^3 n^3 a^3 c^3}$$

$$E = \frac{(49nn-1)}{8n} \cdot \frac{D}{4ac} = \frac{(nn-1)}{2}\,\frac{(9nn-1)}{4}\,\frac{(25nn-1)}{6}\,\frac{(49nn-1)}{8} \cdot \frac{A}{4^4 n^4 a^4 c^4}$$

etc.

Determinabitur ergo z per x sequenti modo:

$$z = Ax^{\frac{-n+1}{2}} + \frac{(nn-1)}{8}\,\frac{A}{nac}x^{\frac{-3n+1}{2}} + \frac{(nn-1)}{8}\,\frac{(9nn-1)}{16}\,\frac{A}{n^2a^2c^2}x^{\frac{-5n+1}{2}}$$
$$+ \frac{(nn-1)}{8}\,\frac{(9nn-1)}{16}\,\frac{(25nn-1)}{24}\,\frac{A}{n^3a^3c^3}x^{\frac{-7n+1}{2}} + \text{etc.}$$

Valore hoc substituto resultabit valor quaesitus: $y = cx^{n-1}$

$$-\frac{1}{a}\left\{\frac{\frac{(n-1)}{2}Ax^{\frac{-n-1}{2}} + \frac{(3n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8}\frac{A}{nac}x^{\frac{-3n-1}{2}} + \frac{(5n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8}\frac{(9nn-1)}{16}\frac{A}{n^2a^2c^2}x^{\frac{-5n-1}{2}} + \text{etc.}}{Ax^{\frac{-n+1}{2}} + \frac{(nn-1)}{8}\frac{A}{nac}x^{\frac{-3n+1}{2}} + \frac{(nn-1)}{8}\frac{(9nn-1)}{16}\frac{A}{n^2a^2c^2}x^{\frac{-5n+1}{2}} + \text{etc.}}\right\}$$

sive numeratore ac denominatore per $Ax^{\frac{-n-1}{2}}$ diviso: $y = cx^{n-1}$

$$\frac{1}{ax}\left\{\frac{\frac{(n-1)}{2} + \frac{(3n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8}\frac{x^{-n}}{nac} + \frac{(5n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8}\frac{(9nn-1)}{16}\frac{x^{-2n}}{n^2a^2c^2} + \frac{(7n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8}\frac{(9nn-1)}{16}\frac{(25nn-1)}{24}\frac{x^{-3n}}{n^3a^3c^3} + \text{etc.}}{1 + \frac{(nn-1)}{8}\frac{x^{-n}}{nac} + \frac{(nn-1)}{8}\frac{(9nn-1)}{16}\frac{x^{-2n}}{n^2a^2c^2} + \frac{(nn-1)}{8}\frac{(9nn-1)}{16}\frac{(25nn-1)}{24}\frac{x^{-3n}}{n^3a^3c^3} + \text{etc.}}\right\}$$

Haec ergo expressio generaliter in infinitum excurrens fit finita, si fuerit

$$(2i+1)^2 nn - 1 = 0,$$

denotante i numerum quemcunque integrum, hoc est, si fuerit

$$n = \frac{\pm 1}{2i+1} \quad \text{et} \quad m = 2n - 2 = \frac{-4i - 2 \pm 2}{2i+1}.$$

Huius ergo aequationis, quoties i fuerit numerus integer:

$$dy + ayydx = accx^{\frac{-4i-2\pm 2}{2i+1}}dx$$

integrale semper in terminis finitis poterit exhiberi, seu valor ipsius y per x algebraice exponi.

Sit primo $n = \frac{+1}{2i+1}$, ut sit $m = 2n - 2 = \frac{-4i}{2i+1}$, erit huius aequationis:

$$dy + ayydx = accx^{\frac{-4i}{2i+1}}dx$$

integrale in terminis algebraicis expressum:

$$ayx = acx^{\frac{1}{2i+1}}$$

$$+ \frac{\frac{i}{2i+1} - \frac{i(i^2-1)}{2(2i+1)^2}\frac{x^{\frac{-1}{2i+1}}}{ac} + \frac{i(i^2-1)(i^2-4)}{2\cdot 4(2i+1)^3}\frac{x^{\frac{-2}{2i+1}}}{a^2c^2} - \frac{i(i^2-1)(i^2-4)(i^2-9)}{2\cdot 4\cdot 6(2i+1)^4}\frac{x^{\frac{-3}{2i+1}}}{a^3c^3} + \text{etc.}}{1 - \frac{i(i+1)}{2(2i+1)}\frac{x^{\frac{-1}{2i+1}}}{ac} + \frac{i(i^2-1)(i+2)}{2\cdot 4(2i+1)^2}\frac{x^{\frac{-2}{2i+1}}}{a^2c^2} - \frac{i(i^2-1)(i^2-4)(i+3)}{2\cdot 4\cdot 6(2i+1)^3}\frac{x^{\frac{-3}{2i+1}}}{a^3c^3} + \text{etc.}}$$

seu facta ad communem denominatorem reductione erit:

$$ayx = \frac{acx^{\frac{+1}{2i+1}} - \frac{i(i-1)}{2(2i+1)} + \frac{i(i^2-1)(i-2)}{2\cdot 4(2i+1)^2}\frac{x^{\frac{-1}{2i+1}}}{ac} - \frac{i(i^2-1)(i^2-4)(i-3)}{2\cdot 4\cdot 6(2i+1)^3}\frac{x^{\frac{-2}{2i+1}}}{a^2c^2} + \text{etc.}}{1 - \frac{i(i+1)}{2(2i+1)}\frac{x^{\frac{-1}{2i+1}}}{ac} + \frac{i(i^2-1)(i+2)}{2\cdot 4(2i+1)^2}\frac{x^{\frac{-2}{2i+1}}}{a^2c^2} - \frac{i(i^2-1)(i^2-4)(i+3)}{2\cdot 4\cdot 6(2i+1)^3}\frac{x^{\frac{-3}{2i+1}}}{a^3c^3} + \text{etc.}}$$

Sit deinde $n = \frac{-1}{2i+1}$, ut sit $m = \frac{-4i-4}{2i+1}$, erit huius aequationis

$$dy + ayydx = accx^{\frac{-4i-4}{2i+1}}dx$$

integrale in terminis algebraicis expressum:

$$ayx = acx^{\frac{-1}{2i+1}}$$

$$+\frac{\dfrac{i+1}{2i+1}+\dfrac{i(i+1)(i+2)}{2(2i+1)^2}\dfrac{x^{\frac{1}{2i+1}}}{ac}+\dfrac{i(i^2-1)(i+2)(i+3)}{2\cdot4(2i+1)^3}\dfrac{x^{\frac{2}{2i+1}}}{a^2c^2}+\dfrac{i(i^2-1)(i^2-4)(i+3)(i+4)}{2\cdot4\cdot6(2i+1)^4}\dfrac{x^{\frac{3}{2i+1}}}{a^3c^3}+\text{etc.}}{1+\dfrac{i(i+1)}{2(2i+1)}\dfrac{x^{\frac{1}{2i+1}}}{ac}+\dfrac{i(i^2-1)(i+2)}{2\cdot4(2i+1)^2}\dfrac{x^{\frac{2}{2i+1}}}{a^2c^2}+\dfrac{i(i^2-1)(i^2-4)(i+3)}{2\cdot4\cdot6(2i+1)^3}\dfrac{x^{\frac{3}{2i+1}}}{a^3c^3}+\text{etc.}}$$

seu facta ad communem denominatorem reductione, erit $ayx =$

$$\frac{acx^{\frac{-1}{2i+1}}+\dfrac{(i+1)(i+2)}{2(2i+1)}+\dfrac{i(i+1)(i+2)(i+3)}{2\cdot4(2i+1)^2}\dfrac{x^{\frac{1}{2i+1}}}{ac}+\dfrac{i(i^2-1)(i+2)(i+3)(i+4)}{2\cdot4\cdot6(2i+1)^3}\dfrac{x^{\frac{2}{2i+1}}}{a^2c^2}+\text{etc.}}{1+\dfrac{i(i+1)}{2(2i+1)}\dfrac{x^{\frac{1}{2i+1}}}{ac}+\dfrac{i(i^2-1)(i+2)}{2\cdot4(2i+1)^2}\dfrac{x^{\frac{2}{2i+1}}}{a^2c^2}+\dfrac{i(i^2-1)(i^2-4)(i+3)}{2\cdot4\cdot6(2i+1)^3}\dfrac{x^{\frac{3}{2i+1}}}{a^3c^3}+\text{etc.}}$$

Quotiescunque igitur fuerit i numerus integer, toties huius aequationis:

$$dy + ayydx = accx^{\frac{-4i-2\pm2}{2i+1}}dx$$

integrale in terminis algebraicis potest exprimi. Q. E. I.

COROLLARIUM 1

2. Aequatio ergo proposita

$$dy + ayydx = accx^m dx$$

integrationem algebraicam admittit, si fuerit exponens m vel terminus huius seriei:

$$-0,\ -\frac{4}{3},\ -\frac{8}{5},\ -\frac{12}{7},\ -\frac{16}{9},\ -\frac{20}{11},\ -\frac{24}{13},\ \text{etc.}$$

vel si fuerit m terminus ex hac fractionum serie:

$$-\frac{4}{1},\ -\frac{8}{3},\ -\frac{12}{5},\ -\frac{16}{7},\ -\frac{20}{9},\ -\frac{24}{11},\ -\frac{28}{13},\ \text{etc.}$$

COROLLARIUM 2

3. Substituamus in priori integrabilitatis classe loco i successive numeros 0, 1, 2, 3, 4 etc. atque reperietur, ut sequitur.

Si $i = 0$, huius aequationis:

$$\text{I. } dy + ayydx = accdx$$

integrale erit:

$$ayx = acx \quad \text{sive} \quad y = c.$$

Si $i = 1$, huius aequationis:

$$\text{II. } dy + ayydx = accx^{-\frac{4}{3}}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{\frac{1}{3}}}{1 - \frac{1 \cdot 2}{2 \cdot 3} \cdot \frac{x^{-\frac{1}{3}}}{ac}} \quad \text{seu} \quad y = \frac{cx^{-\frac{2}{3}}}{1 - \frac{1}{3}\frac{x^{-\frac{1}{3}}}{ac}} = \frac{3acc}{3acx^{\frac{2}{3}} - x^{\frac{1}{3}}}.$$

Si $i = 2$, huius aequationis:

$$\text{III. } dy + ayydx = accx^{-\frac{8}{5}}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{\frac{1}{5}} - \frac{2 \cdot 1}{2 \cdot 5}}{1 - \frac{2 \cdot 3}{2 \cdot 5} \cdot \frac{x^{-\frac{1}{5}}}{ac} + \frac{2 \cdot 3 \cdot 4}{2 \cdot 4 \cdot 5^2} \cdot \frac{x^{-\frac{2}{5}}}{a^2c^2}} = \frac{acx^{\frac{1}{5}} - \frac{1}{5}}{1 - \frac{3x^{-\frac{1}{5}}}{5ac} + \frac{3x^{-\frac{2}{5}}}{5^2a^2c^2}}.$$

Si $i = 3$, huius aequationis:

$$\text{IV. } dy + ayydx = accx^{-\frac{12}{7}}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{\frac{1}{7}} - \frac{3 \cdot 2}{2 \cdot 7} + \frac{3 \cdot 2 \cdot 1 \cdot 4}{2 \cdot 4 \cdot 7^2} \cdot \frac{x^{-\frac{1}{7}}}{ac}}{1 - \frac{3 \cdot 4}{2 \cdot 7} \cdot \frac{x^{-\frac{1}{7}}}{ac} + \frac{3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 2}{2 \cdot 4 \cdot 7^2} \cdot \frac{x^{-\frac{2}{7}}}{a^2c^2} - \frac{3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6 \cdot 2}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 7^3} \cdot \frac{x^{-\frac{3}{7}}}{a^3c^3}}$$

sive

$$ayx = \frac{acx^{\frac{1}{7}} - \frac{3}{7} + \frac{3 \cdot 1}{7^2} \cdot \frac{x^{-\frac{1}{7}}}{ac}}{1 - \frac{6}{7} \cdot \frac{x^{-\frac{1}{7}}}{ac} + \frac{3 \cdot 5}{7^2} \cdot \frac{x^{-\frac{2}{7}}}{a^2c^2} - \frac{1 \cdot 3 \cdot 5}{7^3} \cdot \frac{x^{-\frac{3}{7}}}{a^3c^3}}.$$

Si $i = 4$, huius aequationis:

$$\text{V. } dy + ayydx = accx^{-\frac{16}{9}}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{\frac{1}{9}} - \frac{4\cdot 3}{2\cdot 9} + \frac{4\cdot 3\cdot 2\cdot 5}{2\cdot 4\cdot 9^2}\cdot\frac{x^{-\frac{1}{9}}}{ac} - \frac{4\cdot 3\cdot 2\cdot 1\cdot 5\cdot 6}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 9^3}\cdot\frac{x^{-\frac{2}{9}}}{a^2c^2}}{1 - \frac{4\cdot 5}{2\cdot 9}\cdot\frac{x^{-\frac{1}{9}}}{ac} + \frac{4\cdot 5\cdot 6\cdot 3}{2\cdot 4\cdot 9^2}\cdot\frac{x^{-\frac{2}{9}}}{a^2c^2} - \frac{4\cdot 5\cdot 6\cdot 7\cdot 3\cdot 2}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 9^3}\cdot\frac{x^{-\frac{3}{9}}}{a^3c^3} + \frac{4\cdot 5\cdot 6\cdot 7\cdot 8\cdot 3\cdot 2\cdot 1}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 8\cdot 9^4}\cdot\frac{x^{-\frac{4}{9}}}{a^4c^4}}.$$

Si $i = 5$, huius aequationis

$$\text{VI. } dy + ayydx = accx^{-\frac{20}{11}}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{\frac{1}{11}} - \frac{5\cdot 4}{2\cdot 11} + \frac{5\cdot 4\cdot 3\cdot 6}{2\cdot 4\cdot 11^2}\frac{x^{-\frac{1}{11}}}{ac} - \frac{5\cdot 4\cdot 3\cdot 2\cdot 6\cdot 7}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 11^3}\frac{x^{-\frac{2}{11}}}{a^2c^2} + \frac{5\cdot 4\cdot 3\cdot 2\cdot 1\cdot 6\cdot 7\cdot 8}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 8\cdot 11^4}\frac{x^{-\frac{3}{11}}}{a^3c^3}}{1 - \frac{5\cdot 6}{2\cdot 11}\frac{x^{-\frac{1}{11}}}{ac} + \frac{5\cdot 6\cdot 7\cdot 4}{2\cdot 4\cdot 11^2}\frac{x^{-\frac{2}{11}}}{a^2c^2} - \frac{5\cdot 6\cdot 7\cdot 8\cdot 4\cdot 3}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 11^3}\frac{x^{-\frac{3}{11}}}{a^3c^3} + \frac{5\cdot 6\cdot 7\cdot 8\cdot 9\cdot 4\cdot 3\cdot 2}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 8\cdot 11^4}\frac{x^{-\frac{4}{11}}}{a^4c^4} - \frac{5\cdot 6\cdot 7\cdot 8\cdot 9\cdot 10\cdot 4\cdot 3\cdot 2}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 8\cdot 10\cdot 11^5}\frac{x^{-\frac{5}{11}}}{a^5c^5}}.$$

COROLLARIUM 3

4. In posteriori integrabilitatis ordine substituamus pariter loco i numeros 0, 1, 2, 3, 4 etc. ac reperietur, ut sequitur.

Si $i = 0$, huius aequationis:

$$\text{I. } dy + ayydx = accx^{-4}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{-1} + \frac{1\cdot 2}{2\cdot 1}}{1} = 1 + \frac{ac}{x} \text{ seu } y = \frac{1}{ax} + \frac{c}{xx}.$$

Si $i = 1$, huius aequationis:

$$\text{II. } dy + ayydx = accx^{-\frac{8}{3}}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{-\frac{1}{3}} + \frac{2\cdot 3}{2\cdot 3} + \frac{1\cdot 2\cdot 3\cdot 4}{2\cdot 4\cdot 3^2}\frac{x^{\frac{1}{3}}}{ac}}{1 + \frac{1\cdot 2}{2\cdot 3}\cdot\frac{x^{\frac{1}{3}}}{ac}} = \frac{acx^{-\frac{1}{3}} + 1 + \frac{x^{\frac{1}{3}}}{3ac}}{1 + \frac{x^{\frac{1}{3}}}{3ac}}.$$

Si $i = 2$, huius aequationis:

$$\text{III.}\quad dy + ayydx = accx^{-\frac{12}{5}}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{-\frac{1}{5}} + \frac{3\cdot 4}{2\cdot 5} + \frac{2\cdot 3\cdot 4\cdot 5}{2\cdot 4\cdot 5^2}\cdot\frac{x^{\frac{1}{5}}}{ac} + \frac{1\cdot 2\cdot 3\cdot 4\cdot 5\cdot 6}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 5^3}\cdot\frac{x^{\frac{2}{5}}}{a^2c^2}}{1 + \frac{2\cdot 3}{2\cdot 5}\cdot\frac{x^{\frac{1}{5}}}{ac} + \frac{1\cdot 2\cdot 3\cdot 4}{2\cdot 4\cdot 5^2}\cdot\frac{x^{\frac{2}{5}}}{a^2c^2}}.$$

Si $i = 3$, huius aequationis:

$$\text{IV.}\quad dy + ayydx = accx^{-\frac{16}{7}}dx$$

integrale erit:

$$ayx = \frac{acx^{-\frac{1}{7}} + \frac{4\cdot 5}{2\cdot 7} + \frac{3\cdot 4\cdot 5\cdot 6}{2\cdot 4\cdot 7^2}\cdot\frac{x^{\frac{1}{7}}}{ac} + \frac{2\cdot 3\cdot 4\cdot 5\cdot 6\cdot 7}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 7^3}\cdot\frac{x^{\frac{2}{7}}}{a^2c^2} + \frac{1\cdot 2\cdot 3\cdot 4\cdot 5\cdot 6\cdot 7\cdot 8}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 8\cdot 7^4}\cdot\frac{x^{\frac{3}{7}}}{a^3c^3}}{1 + \frac{3\cdot 4}{2\cdot 7}\cdot\frac{x^{\frac{1}{7}}}{ac} + \frac{2\cdot 3\cdot 4\cdot 5}{2\cdot 4\cdot 7^2}\cdot\frac{x^{\frac{2}{7}}}{a^2c^2} + \frac{1\cdot 2\cdot 3\cdot 4\cdot 5\cdot 6}{2\cdot 4\cdot 6\cdot 7^3}\cdot\frac{x^{\frac{3}{7}}}{a^3c^3}}.$$

Atque ex his casibus analogia patet, cuius ope omnium casuum, qui quidem integrationem admittunt, integralia algebraica expedite formari poterunt.

SCHOLION

5. De his integralibus autem probe notandum est, ea non esse completa, neque ideo aeque late patere, ac aequationem differentialem; id quod vel ex primo casu

$$dy + ayydx = accdx$$

patet, cui etsi satisfacit $y = c$, tamen facile intelligitur, logarithmos insuper in ea comprehendi. Manifestum autem hoc est quoque hinc, quod in his integralibus non contineatur nova constans arbitraria, quae in differentiali non inerat; in quo criterium integrationis completae versatur. Caeterum vero hinc duplicia integralia cuiusvis casus obtinentur, eo quod c tam affirmative, quam negative, accipere licet, aequatione differentiali, quae tantum cc continet, non mutata.

PROBLEMA 2

6. Invento ope praecedentis methodi integrali particulari pro casibus assignatis aequationis $dy + ayydx = accx^m dx$, invenire integrale completum pro iisdem casibus[1]).

1) Vide notam p. 405. H. D.

SOLUTIO

Posito $m = 2n - 2$, integrale particulare aequationis propositae inventum est esse $ayx = acx^n$

$$- \frac{\frac{(n-1)}{2} + \frac{(3n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8n}\frac{x^{-n}}{ac} + \frac{(5n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\frac{x^{-2n}}{a^2c^2} + \frac{(7n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\frac{(25nn-1)}{24n}\frac{x^{-3n}}{a^3c^3} + \text{etc.}}{1 + \frac{(nn-1)}{8n}\frac{x^{-n}}{ac} + \frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\frac{x^{-2n}}{a^2c^2} + \frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\frac{(25nn-1)}{24n}\frac{x^{-3n}}{a^3c^3} + \text{etc.}}$$

cuius loco scribamus brevitatis gratia $y = P$. Cum igitur P sit eiusmodi valor, per variabilem x datus, qui satisfaciat aequationi

$$dy + ayydx = accx^{2n-2}dx,$$

erit utique

$$dP + aP^2dx = accx^{2n-2}dx.$$

Ponamus iam integrale completum aequationis propositae

$$dy + ayydx = accx^{2n-2}dx$$

esse $y = P + v$, quo valore loco y substituto habebimus hanc aequationem

$$dP + dv + aP^2dx + 2aPvdx + avvdx = accx^{2n-2}dx.$$

Cum vero sit

$$dP + aP^2dx = accx^{2n-2}dx,$$

erit

$$dv + 2aPvdx + avvdx = 0.$$

Sit $v = \frac{1}{u}$, erit

$$du - 2aPudx = adx,$$

quae multiplicata per $e^{-2a\int Pdx}$ denotante e numerum, cuius logarithmus hyperbolicus est $= 1$, fit integrabilis; erit scilicet aequationis

$$e^{-2a\int Pdx}(du - 2aPudx) = e^{-2a\int Pdx}adx$$

integrale

$$e^{-2a\int Pdx}u = \int e^{-2a\int Pdx}adx;$$

ideoque

$$u = e^{2a\int Pdx}\int e^{-2a\int Pdx}adx.$$

Quo valore, cum sit $v = \frac{1}{u}$, substituto, erit integrale completum aequationis propositae

$$y = P + \frac{e^{-2a\int Pdx}}{\int e^{-2a\int Pdx} adx}.$$

At ex problemate primo est valor ipsius y particularis, quem hic ponimus

$$P = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx};$$

existente

$$z = x^{\frac{-n+1}{2}} + \frac{(nn-1)x^{\frac{-3n+1}{2}}}{8n\quad ac} + \frac{(nn-1)(9nn-1)x^{\frac{-5n+1}{2}}}{8n\cdot 16n\quad a^2c^2} + \frac{(nn-1)(9nn-1)(25nn-1)x^{\frac{-7n+1}{2}}}{8n\cdot 16n\cdot 24n\quad a^3c^3} + \text{etc.}$$

Hinc erit

$$\int Pdx = \frac{cx^n}{n} + \frac{1}{a}lz \quad \text{et} \quad e^{-2a\int Pdx} = e^{\frac{-2acx^n}{n}} : zz.$$

Quo valore substituto habebitur integrale completum:

$$y = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx} + \frac{e^{\frac{-2acx^n}{n}}}{zz\int e^{-\frac{2acx^n}{n}} adx : zz}. \qquad \text{Q. E. I.}$$

ALITER

Quemadmodum hac ratione ex uno integrali particulari invenitur integrale completum, ita ex duobus integralibus particularibus expeditius integrale completum indagabitur, neque in hoc modo pervenitur ad formulam integralem, cuiusmodi est ea $\int e^{\frac{-2acx^n}{n}} adx : zz$, quae integrali completo, quod invenimus, involvitur. Cum enim aequatio

$$dy + ayydx = accx^{2n-2}dx$$

maneat invariata, sive c affirmative, sive negative accipiatur, habemus utique duo integralia particularia, quorum prius est

$$y = P = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx},$$

existente

$$z = x^{\frac{-n+1}{2}} + \frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{x^{\frac{-3n+1}{2}}}{ac} + \frac{(nn-1)}{8n}\,\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{x^{\frac{-5n+1}{2}}}{a^2c^2} + \text{etc.}$$

Posterius vero simili modo investigandum erit

$$y = Q = -cx^{n-1} + \frac{du}{audx};$$

fietque

$$u = x^{\frac{-n+1}{2}} - \frac{(nn-1)}{8n} \cdot \frac{x^{\frac{-3n+1}{2}}}{ac} + \frac{(nn-1)}{8n} \frac{(9nn-1)}{16n} \cdot \frac{x^{\frac{-5n+1}{2}}}{a^2c^2} - \text{etc.},$$

qui duo valores z et u tantum signis inter se differunt. Erit ergo tam

$$dP + aP^2dx = accx^{2n-2}dx,$$

quam

$$dQ + aQ^2dx = accx^{2n-2}dx.$$

Ponamus iam[1])

$$R = \frac{P-y}{Q-y},$$

quae aequatio sit integralis completa propositae differentialis; quam formam ideo assumimus, quia in ea utraque particularium $y = P$ et $y = Q$ continetur, illa nempe si fiat $R = 0$, haec si $R = \infty$. Fiet ergo $QR - Ry = P - y$ hincque

$$y = \frac{QR - P}{R-1},$$

quae dat

$$dy = \frac{RRdQ - QdR - RdQ - RdP + dP + PdR}{(R-1)^2},$$

substituantur hic valores supra inventi

$$dP = -aP^2dx + accx^{2n-2}dx$$

et

$$dQ = -aQ^2dx + accx^{2n-2}dx,$$

eritque

$$dy = accx^{2n-2}dx + \frac{aP^2dx}{R-1} - \frac{aQ^2Rdx}{R-1} + \frac{(P-Q)dR}{(R-1)^2} = -a\frac{(QR-P)^2dx}{(R-1)^2} + accx^{2n-2}dx.$$

Ex hac aequatione resultat haec

$$(P-Q)\,dR = -aRdx\,(P-Q)^2,$$

quae divisa per $R\,(P-Q)$ dat

1) Cf. L. EULERI Commentationem 269; vide p. 389 huius voluminis. H. D.

$$\frac{dR}{R}=a(Q-P)dx=-2acx^{n-1}dx+\frac{du}{u}-\frac{dz}{z}.$$

Haec iam aequatio integrabilis existit, eritque integrale

$$lR-lC=-\frac{2acx^n}{n}+lu-lz.$$

Cum vero sit $R=\frac{P-y}{Q-y}$, erit

$$\frac{P-y}{Q-y}=\frac{(acx^{n-1}zdx+dz-ayzdx):z}{(-acx^{n-1}udx+du-ayudx):u}=\frac{Ce^{\frac{-2acx^n}{n}}u}{z}.$$

Hinc ita, quia valores ipsarum u et z per x constant, habebitur aequatio integralis completa

$$Ce^{\frac{-2acx^n}{n}}=\frac{dz+acx^{n-1}zdx-ayzdx}{du-acx^{n-1}udx-ayudx}=\frac{(P-y)z}{(Q-y)u}. \qquad \text{Q. E. I.}$$

COROLLARIUM 1

7. Valor particularis, quem supra pro y invenimus, ita erat comparatus, ut esset

$$y=cx^{n-1}-\frac{(K+L)}{ax(M+N)};$$

existente

$$K=\frac{(n-1)}{2}+\frac{(5n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{x^{-2n}}{a^2c^2}+\frac{(9n-1)}{2}\frac{(n^2-1)}{8n}\frac{(9n^2-1)}{16n}\frac{(25n^2-1)}{24n}\frac{(49n^2-1)}{32n}\cdot\frac{x^{-4n}}{a^4c^4}+\text{etc.}$$

$$L=\frac{(3n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{x^{-n}}{ac}+\frac{(7n-1)}{2}\frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\frac{(25nn-1)}{24n}\cdot\frac{x^{-3n}}{a^3c^3}+\text{etc.}$$

$$M=1+\frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{x^{-2n}}{a^2c^2}+\frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\frac{(25nn-1)}{24n}\frac{(49nn-1)}{32n}\cdot\frac{x^{-4n}}{a^4c^4}+\text{etc.}$$

$$N=\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{x^{-n}}{ac}+\frac{(nn-1)}{8n}\frac{(9nn-1)}{16n}\frac{(25nn-1)}{24n}\cdot\frac{x^{-3n}}{a^3c^3}+\text{etc.}$$

Facto autem c negativo, erit alter valor particularis

$$y=-cx^{n-1}-\frac{(K-L)}{ax(M-N)}.$$

Erit ergo

$$P = \frac{acx^n(M+N)-K-L}{ax(M+N)}, \quad Q = \frac{-acx^n(M-N)-K+L}{ax(M-N)}$$

et $z:u = M+N : M-N$. Ex quibus colligitur, aequationis propositae

$$dy + ayydx = accx^{2n-2}dx$$

integrale completum fore:

$$Ce^{\frac{-2acx^n}{n}} = \frac{(acx^n - axy)(M+N)-K-L}{-(acx^n+axy)(M-N)-K+L}$$

sive $-C$ posito loco C

$$Ce^{\frac{-2acx^n}{n}} = \frac{ax(cx^{n-1}-y)(M+N)-K-L}{ax(cx^{n-1}+y)(M-N)+K-L}.$$

COROLLARIUM 2

8. Si cc est numerus negativus, fiet c hincque L et N quantitates imaginariae, at $c\sqrt{-1}$, $L\sqrt{-1}$ et $N\sqrt{-1}$ quantitates reales. Tum autem integrale completum realiter expressum erit:

$$C + \frac{acx^n}{n}\sqrt{-1} = A \text{ tang.} \frac{acx^nN - axyM - K}{acx^nM\sqrt{-1} - axyN\sqrt{-1} - L\sqrt{-1}}.$$

COROLLARIUM 3

9. Sit $c = b\sqrt{-1}$, ut habeatur haec aequatio integranda:

$$dy + ayydx + abbx^{2n-2}dx = 0.$$

Huius ergo aequationis integrale completum erit[1]):

$$C - \frac{abx^n}{n} = A \text{ tang.} \frac{abx^nN - axyM - K}{-abx^nM - axyN - L}$$

sive

$$C - \frac{abx^n}{n} = A \text{ tang.} \frac{K - abx^nN + axyM}{L + abx^nM + axyN};$$

H. D.

1) Vide p. 372 et 385.

existente

$$K=\frac{(n-1)}{2}-\frac{(5n-1)}{2}\cdot\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{x^{-2n}}{a^2b^2}+\frac{(9n-1)}{2}\cdot\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{(25nn-1)}{24n}\cdot\frac{(49nn-1)}{32n}\cdot\frac{x^{-4n}}{a^4b^4}-\text{etc.}$$

$$L=\frac{(3n-1)}{2}\cdot\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{x^{-n}}{ab}-\frac{(7n-1)}{2}\cdot\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{(25nn-1)}{24n}\cdot\frac{x^{-3n}}{a^3b^3}+\text{etc.}$$

$$M=1-\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{x^{-2n}}{a^2b^2}+\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{(25nn-1)}{24n}\cdot\frac{(49nn-1)}{32n}\cdot\frac{x^{-4n}}{a^4b^4}-\text{etc.}$$

$$N=\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{x^{-n}}{ab}-\frac{(nn-1)}{8n}\cdot\frac{(9nn-1)}{16n}\cdot\frac{(25nn-1)}{24n}\cdot\frac{x^{-3n}}{a^3b^3}+\text{etc.}$$

His igitur casibus integralia particularia, quae simul sint algebraica, non dantur.

COROLLARIUM 4

10. Quoties ergo fuerit $n=\frac{\mp 1}{2i+1}$, denotante i numerum quemcunque integrum, expressiones finitae algebraicae pro litteris K, L, M et N reperiuntur. His igitur casibus integratio aequationis huius

$$dy+ayydx=accx^{2n-2}dx$$

ope logarithmorum, huius vero aequationis

$$dy+ayydx+abbx^{2n-2}dx=0$$

ope quadraturae circuli absolvitur.

SCHOLION

11. Quoniam aequationis differentialis propositae $dy+ayydx=accx^{2n-2}dx$ integrale completum duplici modo expressimus, poterimus formulae integralis

$$\int\frac{e^{\frac{-2acx^n}{n}}dx}{zz},$$

quae in priori inest, valorem ex posteriori assignare, huiusque adeo integrationem, quae saepenumero maximopere difficilis videatur, exhibere. Posteriori modo autem invenimus

$$y = \frac{QR - P}{R - 1} = \frac{P - QR}{1 - R} = P + \frac{(P - Q)R}{1 - R},$$

at est

$$R = \frac{Ce^{\frac{-2acx^n}{n}} u}{z}, \quad P = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx} \quad \text{et} \quad Q = -cx^{n-1} + \frac{du}{audx}.$$

Consequenter habebitur

$$y = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx} + \frac{\left(2cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx} - \frac{du}{audx}\right) Ce^{\frac{-2acx^n}{n}} u}{z - Ce^{\frac{-2acx^n}{n}} u}.$$

Per priorem vero integrationem est

$$y = cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx} + \frac{e^{\frac{-2acx^n}{n}}}{zz \int e^{\frac{-2acx^n}{n}} adx : zz},$$

ex quorum comparatione oritur

$$\frac{z - Ce^{\frac{-2acx^n}{n}} u}{Czzu\left(2cx^{n-1} + \frac{dz}{azdx} - \frac{du}{audx}\right)} = \int \frac{e^{\frac{-2acx^n}{n}} adx}{zz},$$

quae transmutatur in hanc aequationem:

$$\frac{zdx - Ce^{\frac{-2acx^n}{n}} udx}{Cz(2acx^{n-1}uzdx + udz - zdu)} = \int \frac{e^{\frac{-2acx^n}{n}} dx}{zz}.$$

Quodsi ergo fuerit:

$$z = x^{\frac{-n+1}{2}} + \frac{(nn-1)}{8n} \cdot \frac{x^{\frac{-3n+1}{2}}}{ac} + \frac{(nn-1)}{8n} \frac{(9nn-1)}{16n} \cdot \frac{x^{\frac{-5n+1}{2}}}{a^2c^2} + \text{etc.}$$

$$u = x^{\frac{-n+1}{2}} - \frac{(nn-1)}{8n} \cdot \frac{x^{\frac{-3n+1}{2}}}{ac} + \frac{(nn-1)}{8n} \frac{(9nn-1)}{16n} \cdot \frac{x^{\frac{-5n+1}{2}}}{a^2c^2} - \text{etc.}$$

haec formula differentialis

$$\frac{e^{\frac{-2acx^n}{n}}dx}{zz}$$

integrari poterit eritque integrale[1])

$$=\frac{zdx-Ce^{\frac{-2acx^n}{n}}udx}{Cz(2acx^{n-1}uzdx+udz-zdu)}.$$

Simili vero modo facto c negativo, quo z et u inter se permutantur, erit formulae differentialis

$$\frac{e^{\frac{+2acx^n}{n}}dx}{uu}$$

integrale

$$=\frac{udx-Ce^{\frac{+2acx^n}{n}}zdx}{Cu(-2acx^{n-1}uzdx+zdu-udz)}=\frac{Ce^{\frac{2acx^n}{n}}zdx-udx}{Cu(2acx^{n-1}uzdx+udz-zdu)},$$

in quibus integrationibus C denotat eam constantem arbitrariam, quae per integrationem more solito ingreditur.

1) Vide p. 404. H. D.

J. Liouville

REMARQUES NOUVELLES SUR L'ÉQUATION DE RICCATI

Journal de Mathématiques Pures et Appliquées, 1841

COUNT RICCATI
AND
THE EARLY DAYS
OF THE
RICCATI
EQUATION
Sergio Bittanti ed.

JOURNAL

DE MATHÉMATIQUES

PURES ET APPLIQUÉES.

REMARQUES NOUVELLES

SUR

L'ÉQUATION DE RICCATI;

PAR J. LIOUVILLE.

[Présentées à l'Académie le 9 novembre 1840.]

L'équation différentielle du premier ordre, connue sous le nom d'équation de Riccati, a été l'objet des recherches d'un grand nombre de géomètres. Cette équation renferme dans son premier membre la somme de deux termes, l'un égal à la dérivée de la fonction principale y prise par rapport à la variable indépendante x, l'autre égal au produit du carré de y par une constante : dans le second membre, il entre un seul terme proportionnel à une puissance de la variable indépendante : l'exposant m de cette puissance peut être nommé *module* de l'équation.

Pour toutes les valeurs du module, on a trouvé la valeur complète de la fonction y exprimée sous forme finie à l'aide de quadratures définies. Mais lorsqu'on se borne à admettre dans le calcul les signes algébriques, exponentiels et logarithmiques, les cas d'intégrabilité deviennent très rares. Ceux que l'on a indiqués répondent à une certaine forme des valeurs du module m, savoir

$$m = -\frac{4i}{2i \pm 1};$$

on les a obtenus par des artifices particuliers, et les méthodes qui les ont fait connaître ne prouvent pas qu'ils soient les seuls possibles. On ignore complétement s'il y a d'autres valeurs du module m pour lesquelles la fonction y pourrait s'exprimer en x à l'aide d'un nombre limité de signes algébriques, exponentiels et logarithmiques. A la vérité les efforts réitérés des analystes pour découvrir quelque nouveau cas d'intégrabilité n'ayant produit aucun résultat, on est naturellement porté à croire qu'il n'en existe aucun différent de ceux que nous venons de citer. On conçoit pourtant que cela est loin de constituer une démonstration rigoureuse. J'ai donc pensé qu'il pouvait être bon de soumettre la question à une analyse exacte, et je suis parvenu à démontrer que les cas d'intégrabilité indiqués plus haut sont en effet les seuls admissibles. J'ajoute qu'il en serait encore ainsi lors même qu'aux signes algébriques, exponentiels et logarithmiques, on joindrait le signe $\int$ d'intégration indéfinie relative à la variable x.

1. On sait que l'équation de Riccati, savoir

$$(1) \qquad \frac{d\mathrm{y}}{d\mathrm{x}} + a\mathrm{y}^2 = b\mathrm{x}^m,$$

se ramène immédiatement à la forme

$$\frac{dv}{dz} + v^2 = z^m;$$

et qu'en posant

$$v = \frac{d.\log u}{dz} = \frac{1}{u}.\frac{du}{dz},$$

elle devient

$$(2) \qquad \frac{d^2u}{dz^2} = z^m.u.$$

Maintenant faisons

$$u = z^p.y,$$

ce qui nous donnera

$$z^p.\frac{d^2y}{dz^2} + 2pz^{p-1}.\frac{dy}{dz} + p(p-1)z^{p-2}.y = z^{m+p}.y,$$

puis substituons à la variable indépendante z une autre variable indépendante x, liée avec elle par la relation $z = x^r$. L'équation nouvelle entre y et x à laquelle nous serons conduits sera assez compliquée; mais on la simplifiera beaucoup en disposant convenablement des exposants indéterminés r et p. Nous prendrons

$$r = \frac{2}{m+2},\quad p = \frac{r-1}{2r} = -\frac{m}{4}.$$

De cette manière on aura

